AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS
Göttweig (?), 12. Jh. Seite 20v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36527
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



miseratur pueros vel illos vel utrosque; nisi vero approbat quisquam
bonus rerum arbitrum uapulasse me quia ludebam pila puer:
et eo ludo impediebar quominus celeriter discerem literas
quibus maior deformius luderem. aut aliud faciebat
idem ipse a quo uapulabam. Qui si in aliqua questiuncula
a condoctore suo uictus esset. magis helo atque inuidia tor
queretur. quam ego cum incertamine pilae a conclusore meo supa
bar. Et tamen peccabam domine deus ordinator et creator re
rum omnium naturalium. peccatorum autem tantum non or
dinator: domine deus meus peccabam faciendo contra precepta paren
tum et magistrorum illorum. Poteram enim postea bene uti literis
quas uolebant ut discerem quocumque animo illi mei. Non
enim meliora eligens inobediens eram sed amore ludendi
amans incertaminibus superbas uictorias. et scalpsi au
res meas falsis fabellis quo prurirent ardentius. eadem
curiositate magis magisque periculosa micante inspecta
cula ludosque maiorum. Quos tamen qui edunt ea dignitate
prediti excellunt. ut hoc pene omnes optent paruulis suis.
Quos tamen cedi libenter patiuntur. si spectaculis talibus im
pediantur a studio quo eos ad talia edenda cupiunt per
uenire. Vide ista domine misericorditer et libera nos inuo
cantes te. Libera et iam eos qui non dum te inuocant ut in
uocent te et liberes eos. Audieram enim ego adhuc puer
de uita aeterna promissa nobis per humilitatem domini dei nostri
descendentis ad superbiam nostram. et signabar iam signo cru
cis eius et condiebar eius sale iam inde ab utero matris meae quae
multum speraui in te. Vidisti domine cum adhuc puer essem
et quodam die pressus stomacho repente estuarem pene mo
riturus. uidisti deus meus quomodo custos meus iam eras quo